que͛cu̅q̄ꝫ mandauero tibi· loqueris. Ne
timeas a facie eoꝝ: quia tecu̅ ego sum vt
eruam te dicit dn̄s. Et misit dn̄s manu̅
sua̅: ⁊ tetigit os meu̅ ⁊ dixit ad me: Ecce
dedi verba mea in ore tuo: ecce co̅stitui
te hodie sup̱ gentes ⁊ sup̱ regna vt euel-
las ⁊ destruas ⁊ disp̱das ⁊ dissipes ⁊ edi-
fices ⁊ plantes. Et factu̅ est verbu̅ dn̄i
ad me dice̅s: Quid tu vides hieremia?
Et dixi. Virgaꝫ vigilantem ego video
Et dixit dn̄s ad me: Bene vidisti: quia
vigilabo ego sup̱ verbo meo vt faciam
illud. Et factum est verbu̅ dn̄i secundo
ad me dicens: Quid tu vides? Et dixi
Ollam succensam ego video: ⁊ facie̅ ei⁹
a facie aquilonis. Et dixit dn̄s ad me:
Ab aq̄lone pandet᷑ oe̅ malu̅ sup̱ oe̅s ha-
bitatores terre͛. Quia ecce ego co̅uoca-
bo oe̅s cognationes regnoru̅ aquilonis
ait dn̄s: et venient ⁊ ponent vnusquisq̄ꝫ
soliu̅ suu̅ in introitu portaꝝ hierusalem:
et sup̱ oe̅s muros eius in circu̅itu: et sup̱
vniu̅sas vrbes iuda. Et loquar iudicia
mea cu̅ eis sup̱ oe̅m malicia̅ eoꝝ qui de-
reliqueru̅t me ⁊ libaueru̅t dijs alienis: et
adoraueru̅t opus manuu̅ suaꝝ. Tu er-
go accinge lu̅bos tuos ⁊ surge: ⁊ loquere
ad eos oi̅a que͛ ego p̄cipio tibi. Ne for-
mides a facie eoꝝ: nec eni̅ timere te facia̅
vultu̅ eoꝝ. Ego quippe dedi te hodie in
ciuitate̅ munita̅: ⁊ in colu̅na̅ ferrea̅: et in
muru̅ ereu̅ sup̱ oe̅m terram· regib⁹ iuda·
p̄ncipib⁹ eius ⁊ sacerdotib⁹: ⁊ oi̅ p̱p̱lo tre͛
⁊ bellabu̅t adu̅sum te ⁊ no̅ p̄ualebu̅t: q᷑
ego tecum sum ait dn̄s vt liberem te.
ET factu̅ est verbum dn̄i II
ad me dicens: vade et clama in
aurib⁹ hierusale̅ dicens: Hec
dicit dn̄s. Recordatus sum tui misera̅s
adolesce̅tia̅ tua̅ ⁊ charitate̅ despo̅satio-
nis tue͛ qn̄ secuta es me in deserto: in ter-
ra que͛ non seminat᷑. Sanctus isr̄l dn̄o
p̄mitie͛ frugu̅ eius. Oe̅s qui deuora̅t eu̅·
delinquunt: mala venient sup̱ eos dicit
dn̄s. Audite verbu̅ dn̄i dom⁹ iacob: et
oe̅s cognationes dom⁹ israel. Hec dicit
dn̄s. Quid inueneru̅t p̄res vr̄i i̅ me ini-
quitatis: quia elongaueru̅t a me et am-
bulauer̅t post vanitate̅: ⁊ vani facti su̅t?
Et non dixerunt: vbi est dn̄s qui ascen-
dere nos fecit d̾ t̾ra egypti· qui traduxit
nos p̱ desertu̅· p̱ terram inhabitabilem
⁊ inuiam· p̱ terram sitis: ⁊ imagine̅ mor-
tis· ⁊ p̱ terram in qua no̅ ambulauit vir
neq̄ꝫ habitauit homo. Et induxi vos i̅
terram carmeli: vt comederetis fructum
eius ⁊ bona illius. Et ingressi conta̅mi-
nastis terram meam· et hereditate̅ mea̅
posuistis i̅ abominatione̅. Sacerdotes
non dixerunt: vbi est dn̄s· ⁊ tenentes le-
gem nescierunt me: ⁊ pastores p̄uaricati
sunt in me. Et p̱phete͛ p̱phetauerunt in
baal: ⁊ idola secuti su̅t. Propterea ad-
huc iudicio contendam vobiscu̅ ait do-
minus: et cum filijs vestris disceptabo.
Transite ad insulas cethim ⁊ videte: et
in cedar mittite ⁊ considerate vehemen-
ter: ⁊ videte si factuꝫ est huiuscemodi· si
mutauit ge̅s deos suos. Et certe ipsi no̅
sunt dij. Populus vo meus mutauit
gloriam suam in idolum. Obstupescite
celi sup̱ hoc: ⁊ porte͛ eius desolamini ve-
hementer dicit dn̄s. Duo eni̅ mala fecit
p̱p̱lus meus. Me dereliqueru̅t fonte̅ aq̄
viue͛: ⁊ foderu̅t sibi cisternas dissipatas
que͛ continere non valent aquas. Nun-
quid seruus est israel aut vernaculus?
Quare ergo factus est in p̄dam? Sup̱
eum rugieru̅t leones ⁊ dederu̅t voce̅ su-
am posueru̅t terram eius in solitudineꝫ
Ciuitates eius exuste͛ su̅t: et non est qui
habitet in eis. Filij q̊ꝫ me̅pheos ⁊ tham-
neos co̅stupraueru̅t te vsq̄ꝫ ad verticeꝫ.
Nu̅quid non istud factu̅ est tibi: q᷑ de-
reliquisti dn̄m deum tuu̅ eo t̄pe quo du-
cebat te p̱ viam? Et nu̅c quid tibi vis in
via egypti: vt bibas aquam turbida̅?
Et quid tibi cum via assyrioꝝ· vt bibas
aquaꝫ fluminis? Arguet te malicia tua
⁊ auersio tua increpabit te. Scito ⁊ vi-
de q᷑ malu̅ ⁊ amaru̅ est reliquisse te do-
minu̅ deu̅ tuu̅: ⁊ no̅ esse timore̅ ei⁹ apud
te dicit dn̄s deus exercituu̅. A seculo co̅-
fregisti iugu̅ meu̅: rupisti vincula mea et



TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iii-104/0639
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG